













* * *



GEORGII ERNESTI STAHL,
D. ET PROF. PUBL. ORDIN. FACULTAT.

h. t. DECANI,

PROEMPTICON INAUGURALE

DE

ΠΑΡΑΛΟΓΙΣΜΩ

PROPORTIONIS FIGURÆ

PORORUM SECRE-

TORIORUM.





Uam laudabilis est res

Libertas, tam illaudabile est ceoptum, illa non bene uti; sed vel ad dissolutum morem & licentiam illam traducere; vel sub libertatis nomine, aliorum libertati retia tendere, eosque liberaliter postponere atque aspernari.

Utrumque sane cavendum venit hodie in scientiarum materia. Videmus certè ibi, è nuda libertate quidlibet dicendi atque faciendi, consurrexisse tales abusus, ut non solum spreteis omnibus legibus atque subsidiis *rationis, ratiocinationis, indolis rerum* de quibus instituantur ejusmodi liberae dijudicationes *veritatis, inelioris remonstracionis, rerum* quæ minus circumspectis ejusmodi sententiis pessundantur, veri atque *magni ponderis* &c. nihilo secius quicquid in mentem incidit, sub nomine liberarum sententiarum in publicum proferre, non solum nemo erubescat; sed etiam aliter sentientibus, quoque modo immineat, & sicuti propria sua pro unice *clarissimis*, & omnibus sensibus obviis, haberi contendit: ita qui de illis adhuc dubitare videntur, pro *stupidis, principiorum communium* atque *facillimorum impotibus*, nihil percipere capacibus, damnet, atque alto supercilio despiciat atque contemnat.

Neque vero sua solum ita pro irrefragabilibus tueri, his methodis laboratur; sed & simul atque *una aliqua, unius* hominis, qui præsertim jam displicet, *propria* sententia comparet; licet omnino liberis talibus sentientibus nullo modo opposita, neque nisi crinibus quod dicunt, in contradictione aliqua suarum hypothesei rapienda; statim *publicè* ad ejus *examen* provolutum iri oportet, illamque, per argumentorum contra omnes

omnes regulas impingentium falsa testimonia, *confusionis* damnare.

Neque hoc *semel*, toto directo instituto facere satis est; iterato *publicè*. & quidem non nostra amplius, sed juvenum (quibus ad minimum specimina talia, tanquam ipsorum *publica examina*, attribui debent) opellis, *examinande* sunt: laudandi re confecta sunt, quod rem antea nondum satis recte *examinatam*, tandem solidè tractaverint.

Sententias, *uni soli homini* familiares, quarum etiam pleraque confectaria, relictis tuis primariis in hoc negotio, ipsamet tua facias, *contra aduuloyia rationis* esse, monendum est, quas *mens sana* concipere non possit, sed talis solum, quæ ob *intellectus imbecillitatem*, si explicatio melior non mox *suggeratur*, (à quo quæso?) necesse habeat, ad rem à *ratione plane absouam* confugere. *Insuper* illæ opiniones, *inexplicabiles errores* in Theoriam atque Praxin inferentes, condemnandæ sunt.

Cum offensiones contra omnia *principia*, etiam pro principiis adductæ, verissimè unicè nostræ, intra sedecim fortè paginas, tanto numero, quem nisi cogar, indicare sit pudor, nullo verbo per plures annos attinguntur; Cum tales, contra aliorum *propriam*, jam à viginti annis, (ut affectatio illa, quod *contra se* hæc assumpta sit, ullum apparentem locum habere non possit,) *publicè* ab ipsis sustentatam sententiam, ab uno homine institutæ *examinationes publicæ*, *reprobationes*, *sane mentis* directæ huic uni abjudicationes, in publicum proponuntur, neque contra hanc procedendi methodum, ullum, verbum, quod ad illam *ut solam* atque *directam*, vel detorqueri saltem possit, acriter non redditur: hanc inquam, vitandæ per ingenuam tolerantiam, altercationis industriam, nullo modo in animum admittere: sed ex illis, quæ in *communes vel mille hominibus* abusus, proferuntur; (in *abusus*, non *specularionum* otiosarum, sed *directionum* medicarum, in summè fonticis morbis, *sanitatem* atque *vitam* hominis concernentium) ex his omnia

omnia obstinatè ad se rapere, iisque tanquam certò, directò, uni-
cè in se dictis ex candescere, hi sunt *Libertatis* hujus fructus.

Ita enim certe est, non subsistit *Libertas* hæc in uno
scientiarum genere; sed uti in *Dialectica*, & subsumendi, &
probandi, & docendi atque decernendi, illiberales sibi sumit
leges; ita *Ethicam* habet specialissimam; ante omnia non ju-
dicat eventus ex animi habitu: sed incipit iudicium suum de
animo: recipit hoc in *conscientiam* suam, quod facit ex *conscien-
tia* sua: *Conversationem* quotidianam: tot fontica *documenta*,
& experimenta directè in unum alium exercitæ *iniquitatis*,
quali res non factas, silentio involvi: in ansam & materiã con-
temptus vertit: *impotentie* animi, *plebeji* moris, *rixandi* libidi-
nis, summæ *invidia*, &c. nævos aliis imputare, modestiã ipsi
est. Sed non libet rebus pessimi exempli, patientiã Lectoris
abuti. Incorrigibilia hæc esse, certum atque notum est.

Placet potius paucis designare, hodiernæ *libertatis* con-
trà simplicissima *principia* statuendi, fœterum, *paralogismum* in-
signem, quo tanquam ingeniosissimo invento diu subnixæ est
hodierna *Theoria* Physico-medica, nempe: quod *fundamen-
tum secretionum in corpore humano, nitatur* exquisitissima propor-
tione mechanica, *figuræ pororum ad figuræ corpusculorum humorum.*

Demonstravi hujus assertionis nimis quam grandes de-
fectus, in primis meis Collegiis, in hac Academia habitis; &
depinxi creta ad tabulam. Nempè sine dubio hoc etiam *ar-
rogantiæ præ aliis sapiendi* causã allego, & insignem *inventionis
Laudem* inde expecto, quod rem, vel infantibus aliter demon-
strandam, nuda credulitate amplecti animum inducere non
potuerim: idque utiquè antequam necesse esset, ut alius, (sã-
nè Vir, quisquis sit, in multis faciem hodiernæ medicinæ con-
cernentibus mecum sentiens *Pitkarnius*) illud mihi demum
perfvaderet.

Feci autem hoc tantò intentius, quia per meas deductio-
nes, (quod nempe iterum *arroganter* dico, nam video in se
trahi, quicquid de hac re nuper dixi,) primus *directè* af-
ferui, & per argumenta è principijs & effectibus mechanico-
or-

organicis, *theoreticè* etiam demonstravi: quod in corpore humano, illud quod *Natura* dicitur, *minimè omnium agere possit* longis & multiplicibus *alterationibus* & figurarum conversionibus, sed longè magis tempestivis *secretionibus* atque *Excretionibus*.

Consistit autem hujus *paralogismi* nervus, in offendendo contrà considerationem [1] *numeri* [2] *Situs* [3] *Delectus* secundum figuram, [4] *figuræ ipsius*, præprimis *ratione*, [5] *magnitudinis*: & hæc à priori: cui addi debet [6] *paralogismus eventus* manifestò *contrarii à posteriori*.

Ratione [1] *numeri*, ex hypothefi necessarium esset, ut corpuscula poros transirent *figillatim*. Si enim secus fieret, cui bono responderet *porus figuræ unius corpusculi*? Sed hic conceptus refragatur (α) *motui fluidi*, de cuius (fluidi) *essentia est aggregatio* (β) *Abludit à secretionum tempore*; quod etiam præceps esse, monstrant *Diabetes diarrhææ, sudationes*, &c.

[II] *Situs* in angulosis, *meatui* perfecte quadrantibus, nisi exquisitissimè fiat, non modo *ingressum* retardatur, sed in supposito *motu pressorio* inconvenienter *adpressus*, obex fit aliorum sui similium: Unde habet [α] *difficultatem adjungendi*, ipsi, aut *poris ad minimum, proprii directoris* [β] *moram temporis* iterum uno momento augetiam.

[III] *Delectus* vero utique summe necessarius una requiritur, ne ulli poro *alterius figuræ* corpusculum accideret, præcipuè quod aliqua *profundè* in ipsum insinuari valeret; qualia sunt *conica, pyramidalia, cubica diagonaliter sumta* &c. Unde hic iterum opus esset *directore*, vel [α] *alia non admittente*; vel [β] *incidentia denuo emovente*.

[IV] *Figura* ipsa, quæcunque à *globosis Polyëdris* longius recedit, *motui fluido* inepta est. *Plana* vero ab hoc alienissima. Jam verò, cum introitus pororum habeat figuram *planitieii*; *globosa* vero *polyëdra*, in qualibet *divergentiâ diametrali* secta, aliam sistant faciem; cui *situi*, sanè non nisi *uni*, deberet respondere *figura pori*? unde iterum specialissimo *directore* opus.

[V]

[V] Præcipuus vero, & fere simpliciffimus paralogismus, hæret in respectu *magnitudinis*. Corpora quæ secerni debent, erunt vel *ejusdem magnitudinis* diametralis & respectivè *diagonalis*; vel *diverse*. Si *ejusdem*; omnia *pauciorum laterum*, poterunt penetrare poros *polyedrorum*, & hæc *Sphericorum*. Si *diverse* magnitudinis; poterunt *minor* iterum penetrare per foramina majora. Quicquid autem hujus non fiet, non erit *figura* effectus, sed *magnitudinis*.

Ego ipse indico, dari adhuc aliquam circa hanc rem exceptionem; sed expectabo an illa ab alio inferatur: indicabo tamen paucis literis: s. m. p. l. p. g. m. Si hoc sit, poterit negotium succedere, & quidem ex habitu *figura* atque *magnitudinis* reciproco.

[VI.] Interim quæd in nostro negotio non ita fiat, monstrat eventus *à posteriori*, dum nempe nusquam in toto corpore fit excretio rei absolute *homogenea*: quod ex hypothesi unicè sequeretur. Ubilibet enim participant humores secreti, unus adhuc de altero, imo non unico, sed pluribus.

Præmittere hæc volumus Dissertationi de Principe secretionis, Febrili, quam publice ventilandam proponit

DN. JOHANNES NICOLAUS HEUNISCH,

Medicinæ Candidatus digniffimus.

Natus ille Meuselbachii Schwarzburgicorum, MDCLXXV. Patre Plur. Rever. Dño JOHANNÈ HEUNISCH, Pastore t. t. vigilantissimo: Matre virtutibus sexum suum decentibus ornatissima, DOROTHEA SUSANNA, ex æstumatissima in illis ditionibus CELLARIORUM familia. Utrisque, & matre quidem adhuc nuperrime, patriæ quæ in cœlis est beatè adscriptis. Pietatis semina, & jacta & culta

ab



ab optimis Parentibus in Nostro, comitari voluerunt bonarum literarum doctrinam; unde cum prima rudimenta linguæ latinæ, domesticæ Præceptoris industria nactus fuisset, transmiserunt in celebre Gymnasium Rudolphopolitanum, in quo fidelissima informatione Tit. Domini M. Schwimneri, Rectoris celeberrimi, & Dni M. Mülleri Con-R. meritissimi, quod grata mente celebrat, optime instructus, Anno MDCXCV. in Altdorfinam Academiam celeberrimam transmissus est. Usus ibidem manu-ductione virorum celeberrimorum, Excellentissimorum nempe Professorum, DNI. ROETENBECCI in Logicis; DN. STURMII in Physicis, DNI. BRÜNONIS in Medicis Theoreticis, DN. HOFFMANNI in Botanicis, in horto medico instructissimo. Inde revocatus, Celeberr. Jenensæ Academiam accessit, ubi tum Doctorum Medicinæ Celeberrimorum Doctorum, Tit. DNI. D. WENZELII, D. D. WAGNERI, D. D. FICKII, informatione in mathematicis physiologicis anatomico-pathologicis, pharmaceuticis, dexterrimâ usus est; tum Professorum famigeratissimorum, Illustris WEDELII, & Excellentissimi SLEVOGTII, doctissima instructione potitus, tres in super. Anatomias publicas adspexit. Postquam autem B. Parentis morte, domum revocatus aliquandiu extra Academiam vivere necesse habuisset, donec beata mater domicilium in urbem Rudolphopolitanam transtulisset, tandem etiam Illustrem Fridericianam accedere, & ibidem studiorum suorum, auxiliante Deo, colophonem assequi sibi proposuit. Quamvis autem morbo difficili implicitus, ad XVII. Septimanas à proposito hoc impediretur, recuperatis tamen viribus, consilium hoc suum in effectum deduxit. Interfuit hic duabus Anatomicis publicis sectionibus, ab Excellentiss. D. D. HOFFMANNO celebratis: Ex meis collegiis, quæ continuati Cursus serie instituere hætenus sive, audivit, quæ ad Theoriam medicam, praxi respondentem, tractare soleo, Physiologicum, Pathologicum, Semioticum, Therapeuticum-Pharmacologicum: & præter hæc Chirurgicum

cum Medicum. Tandem desiderium suum, de honoribus atque privilegiis publicè conferendis modestè Facultati nostræ proposuit; examina consuetà subiit, cumque ibi egregiam Artis peritiam exhibuisset, merito patuit ipsi aditus ad Cathedram publicam, è qua speciminis Inauguralis nomine tuebitur FEBRIUM IN GENERE PATHOLOGIAM, brevibus thesibus comprehensam. Ad hunc Actum solennem, ut Proceres Academiæ Illustrés, Magnifici, & Excellenrissimi, Hospites atque Cives, Illustrissimi, Illustres, Generosissimi Nobilissimi, Clarissimi, condecorandi actus gratia honorifica præsentia sua adesse velint, est quod officii nomine, qua par est honorifica invitatione expeto. P. P. Halis Magdeb. XXVI. Jan. MDCCII.

(L. S.)



Catalogus et Index Dissertationum in hoc Tomo
contenatarum.

3. Diss: de februm rationali ratione.
4. — — — pathologia.
5. — — — therapia.
6. — — — febre tertiana.
7. — — — febribus biliosis.
8. — — — febre petechiali.
9. — — — malignitatis natura.
10. — — — V. S. in febribus acutis.
11. — — — inflammationis pathologia.
12. — — — abscessu & furunculo.
13. — — — Phlegmi.
14. — — — Cancro.
15. — — — V. P. porta malorum.
16. — — — motu sanguinis hemorrhoidali.
17. — — — motu hemorrhoidum internarum.
18. — — — mensium insolitis viis.
19. — — — hypochondriaco-hysterico affectu.
20. — — — hydropse, ascite precipue.

- | | | | |
|-----|-------|---|---|
| 21. | Diss. | De scorbuti & Luis Grae differentia. | 4 |
| 22. | — | — Spasmi. | 4 |
| 23. | — | — pericula. | 4 |
| 24. | — | — de alio rerum. | 4 |
| 25. | — | — intestinis. | |
| 26. | — | — non ex vi. | |
| 27. | — | — Dysenteria. | |
| 28. | — | — mentiam mulierum fluxu & suppressione sec. | |
| 29. | — | — abortu & foetu mortuo. | |
| 30. | — | — puerperarum affectibus. | |
| 31. | — | — infantum affectibus. | |
| 32. | — | — oculorum affectibus in genere. | |
| 33. | — | — V.S. palatoe inno. | |
| 34. | — | — V.S. in pede. | |
| 35. | — | — sanxysuabum utilitate. | |
| 36. | — | — alterantibus & specificis in genere. | |
| 37. | — | — lumbricis & strabus. | |
| 38. | Præf. | De abstinentia & nausea a carnibus in morbis præcipue acutis. | |
| 39. | — | — pathologia falsa. | |
| 40. | — | — empiria. | |

41. Progr. De sterilitate foeminarum per celatam.
42. — — methode medicandi.
43. — — cornu cervi deciduo.
44. — — Scarificatione narium aegyptiaca.

e sec. c

re.

notis














Ua 5316

ULB Halle 3
004 109 724




sb

WOM







Farbkarte #13

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

4

ESTI STAHL,
RDIN. FACULTAT.
CANI,
IN AUGURALE
OΓΙΣΜΩ
NIS FIGURÆ
M SECRE-
RUM.

